Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iste catalogus inquo omnis perfectio est merito
asscribitur. Ab humero et sursum emine
bat super omnem populum. In humero in quo hominis
fortitudo maxime constat actiui exerci
tatio laboris. in uerbo autem quod subiungitur.
scilicet sursum. celsitudo accipi potest in
terne contemplationis. Recte enim anima
illa ab humero et sursum super omnem populum
dicitur eminere. que actiui laboris assidui
tate. et contemplatiue dulcedinis iocundi
tate delectata. omni populo cogitationum uerbo.
et operum secundum timorem dei nouit presidere. cor
dis sui oculis semper prescribendo. quod sequens
littera innuit dicendo. Pierant autem asine
cis patris saul. Interiores et exteriores hominis sensus.
per asinos hoc in loco accipere possumus. Perierunt
asine. quando filius prodigus. homo scilicet semper ad ma
lum prnus a deo patre discedit. et secundum carnem
carnisque desidia interiores et exteriores sensus
suos inclinando carnaliter uiuit et incedit.
Perierunt asine. quia perit omne tempus quod in pecca
tis consumitur. quia illud solum homini reseruatur.
quod boni in hac uita operatur. Et dixit cis ad saul
filium suum. Tolle tecum unum de pueris. et consur
gens uade et quere asinas. Per puerum quod tolli
precipitur. ratio hominis non incongrue accipitur. quam
uere penitens anima tollit. quando totam se